



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

En Damvs Chronicon

Eusebius

Basileae, 1529

VD16 VD16 E 4266

Matthiae Palmerii Pisani Temporum Et Historiarum Continvatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98136](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98136)

MATTHIAE PALME

RII PISANI TEMPORVM ET
HISTORIARVM CONTI
NVATIO.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis.
	3	FRANCISCVS Sfortiæ filius Mediolanũ assiduís incursionibus infestat, cum Carolus Conzaga clarus ciuitatem tuetur. Fridericus Imperator, Nicolao v precibus pro curante assiduís, Amadeũ Sabaudia ducẽ in Põrificẽ sub nomine Felicis IIII per Cõciliũ Basileæ electum coëgit pontificatũ deponere, quem annos 9, menses 6, dies 7 tenuerat: reli cta illi Cardinalatus dignitate, Germaniãq; le gatione. Pestilentia ingens, quæ primo in Asia exorta, ac deinde per Illyricum Dalmatiamq; in Italiã serpens, plures postmodum annos ad ultimos Germaniã & Galliarũ fines misere per omnes ferè populos debachatur.	10	1450
	4	Annus quinquagesimus, quẽ religionis causa & sacramentum & Iubileũ appellant, celebris habetur, Romæ tantus numeri populi concur sus ex uniuerso Christiano orbe factus est, ut in eius diei crepusculo, qui XIII Cal. Ian. fuit, ad molẽ Hadriani tanta fuerit properantiũ à templo, ac inculcantium pressura, ut in ea hominum ducenti ferè perierint, complures quoque in flumen præcipitati absorptiq; sunt. Pontifex cum insolita rei facie, tum misericor dia cõmotus, pluribus in ipso pontis exitu adí bus, nerursus populi confluxus sese in arcto læ deret, demolitus, marmore delubra hinc atq; hinc in rei monumentum posuit. Amoratus Turcarum Imperator moritur, re licto Mahumeto filio regni successore. Bernhardinus Senensis ordinis minorũ, uir mi ra sanctitatis, beatorum catalogo ascribitur.	11	1451
6650	5	Emmanuel Appianus, natione Pisanus, à po pularibus accitus Plumbini oppido proficis. Fœdus societasq; inter Alphonsum Aragonũ regem	12	1452

MATTHIAE PALMERII PISANI

C	Anni	Anni	Imperatores		Annū
	mūdi.	Pont.	Occidentis.	salutis.	
		Pont. CCXX	PAVLVS II, Venetus,		
			annis 7, mensibus & diebus.		
	1			Jacobus Picepinus Neapolim per stipendiorū speciem uocatus à Ferdinando rege, unā cum Francisco filio captus in uincula conijcitur, neque ultra uisus est.	26 1465
			Pontifex monitos prius Franciscū ac Deipho bū Angularios, qui in Heturia munitissima castella obtinebant, cum non parerent, coactis extēplo copijs improuisos aggredit, moxq; de/ dentibus se oppidanis intra dies 18 expugnat; Franciscus cū filijs capitur; Deiphobus fuga sibi consulit. Ferdinādus rex, Alphōsi filij sui & Hippolytæ Mediolanensium ducis gnatae nuptias Nea/ poli regio luxu celebrat.		
			Dominicus Malatesta uir clarus nullis liberis relictis moritur, cuius uicariatū recipit ecclesia. In Gallijs magnus excitatur tumultus, cū Ca/ rolus frater regis adolescentior regni sibi par/ tem peteret, essentq; nonnullæ inter reges Phi/ lippumq; Burgundiæ ducem suspiciones, quæ res in summū discrimen regnū adduxit, fauen/ tibus adolescentulo principibus, adeo ut supra 300 hominū milia sumptis armis ad Parisien/ sem ciuitatem cōuenirent, auxilijs undiq; non solum ab uniuersa Gallia confluentibus, sed à Germanis Italicq; complures alij uenere, tum & à Francisco Sfortiæ filio Mediolanensium duce missus est opem regi laturus Ioannes Ga/ leatius primogenitus, cum electorū equitum tribus milibus.		
D			In Hispania magnum bellum inter Henricum III regem & Alphonsum fratrem, nobilitate præsertim iuniori fauente, quod multos postea annos prouinciam afflixit.		
	2			Georgius Scandarbus uir bellicis artibus cla/ rus, ui prouentes in se Turcas eade ingenti prostrernit.	27 1466
			Franciscus Sfortiæ filius Mediolanensiu dux, magnis per Italiam rebus gestis summa tran/ quillitate, regno liberis uxoreq; Blanca atque aucta re fortunatus, 67 ætatis suæ anno Me/ diolani obiit.		

Ioannes

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Anni Occidentis. salutis.
		Romanæ ecclesiæ Cardinalis Sabīnensis, Platonis Apologiam egregij doctissimiq; operis uoluminibus quinq; græco sermone conscriptam per Theodorū Thessalonicensē latinā factam edidit.
		Imperator Fridericus religionis gratia mediā hyeme Romam ueniens, magnificentissime à Pontifice susceptus donatusq; est.
		Dominicus Venetus Brixienſis Præsul, uir ingenio ac doctrinæ excellētia clarus, qui plura sacrarum literarum uolumina perdocte ediderat, frequenti consistorio ab ipso Imperatore in Cardinalem petitur.
		Laurentius Rauerola, uir doctrinæ singularis, Ferrariensis Præsul, Pontificis legatus, sollicitatis Germaniæ Pannoniæq; Principibus, Mathtia præsertim rege iuuante, Georgium Bohemum hæreticum bello concutit, ac magna regni parte expoliat.
B		Ioannes sanctæ Sufannæ Cardinalis, Andegauēsis proditiōnis insimulatus à Ludouico Francorum rege in uincula conijcitur.
		In Asia Hazoncassan gentem Otomanida, uir bello clarus, qui Mesopotamiæ atq; Armeniæ parti dominatur, Persarum, Assyriorū, Medorumq; uenientium in se castra per fraudem nocte aggressus, ingentem hostium stragē dedit, atq; illorum rege interfecto magnā prouinciæ partem occupat, mox in Mahumetum Turcarum Imperatorem copias uertit.
		Mahumeti classis nauium cc, quæ Trapezontio auxilio innitebatur, circa Hellepontū turbine dissipata magna ex parte perit.
		Nicolaus Chanalis Venetæ classis præfectus, Eniā Thraciæ urbē diripit incēditq; præda inde circiter talentorū L asportata, ac paulo post in Patrasēsi Peloponnesi littore Turcarū II milibus cæsis, Vesticiū oppidum communit.
		Pontifex percusso in Turcas atq; ecclesiæ hostes fœdere, societatem cum Venetis inicit.
		In Alpiū radicibus, q in Narbonensem uergūt, Augusto mēse aquarū pluuia hoies ad L periere.
		Pontificis copix dum Ariminum Hadriatico

Aa 4 in littore

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Anni Occidentis. salutis.
		In Gallijs magnum belli incendium inter Ludouicum regem, & Carolum Burgundionum ducem excitatur.
		Mense Februarij inter Ferdinandum regem atque Venetos initum in Turcas foedus.
		Milites cL à Genua Ligustici littoris urbe profecti terrestri itinere, captam urbem haud procul ab ostio Tanais peruenerunt, magnam frequentemque populo defensuri aduersus Turcarum arma.
		Pontifex Paulus Idibus Aprilis inter sacra solennia Borsum Estensem Ferrariæ ducem instituit, donatque uestibus, pileo, sceptro, torque, pallio, atque mox ducali apparatu splendide ornatum ad Martianas ædes frequenti senatu deduci curauit.
		Georgius Bohemiæ occupator morbo perit. Eduardus rex, Burgundionum ducis auxilio Britanniam ingressus plebes in se conuertit, caesisque aduersarijs Londinū urbem obtinuit, mox insula uniuersa in suam ditionem cessit.
B		In Gallijs Pontificis cura inter regem Burgundiosque res compositæ sunt.
		Imperator Fridericus & Franciscus Picolonus Cardinalis Senensis, in clyto Principum conuentu in Germania apud Nouam ciuitatem multa utilia pro Christi fide in Turcas statuunt.
		Margarita uxor Henrici regis post uiri captiuitatem magnas comparat copias, ingenti pugna apud Calesium oppidum uicta captaque ab Eduardo, qui postmodum carcere eam cum uiro extinguere curauit: Nam illorum filius pugna casus orbos parentes reliquerat.
		Paulus Pontifex VI Calendas Augusti in diei crepusculo, dum solus cubiculo quiescit apoplexi suffocatus extinguitur, magno sui desiderio relicto, quem diem multi illi fatalem prædixerunt. In cuius locum postea a patribus suffectus est Franciscus Saona oriundus, uir doctrina clarus, qui in ordine Minorum per omnes dignitatis gradus ad Cardinalatum peruenerat, Nonis Augusti electus Pontifex, &

Sixtus

*1471 in vigilia
natiuitatis Christi
interdum per Carolo
duces frigidis
mors dux O. L. s.
plias filij ad alio
do Caspio hnti testatus
p. 7. ad h. d. m. p. d. s.
ob. h. m. Carthus. C. d.
h. l. r. l. b. a. n. i. s. (Carolo
a. n. g. claud. ad d. m. d.
Archiep. a. b. g. l. a. i. s.*

*Anno 1471 radian
ex Francia Carthus
Burgundus in magna
pompa. s. ex al. m. d.
ultra eos principis
proclamata in W. l. a. s.
lunia r. p. i. s. m. s. t. m.
p. d. m. t. 2. 12 doctorib.
p. m. e. f. m. g. m. a. s. o. f. f. i. s. s.
l. a. s. i. n. d. a. m. o. C. o. s. p. i. l. a. t. i. s.
q. u. e. p. e. a. s. u. n. d. i. q. p. a. u. s.
r. h. l. o. j. r. o. l. o. i. s. f. r. o. p. p. a.
p. t. o. f. a. p. i. t. i. s. d. i. o. r. a. t. a.
d. o. c. t. o. r. u. s. u. i. u. s. o. r. n. a. t. i.
m. o. t. u. C. i. u. i. s. R. o. m. a. n. o. r. u. m.*

A	Anni	Anni	Imperatores	Anni
mūdi.	Pont.		Occidentis.	salutis.
		mandro Milesio, aut Syracusano Archimede, utraque lingua eruditissimus, Germanorum decus, ob Astronomiam, ceteraq; mathematicas disciplinas à Matthia Pannoniæ rege Nurembergensibusq; perpetuo donatus stipendio, Calendario edito Ephemerideq; à nostris Diario dicta, maxima cura, labore, ingenioq; composita, inductis nouis Astronomiæ tabulis, reprobatisq; Gerardi Cremonensis Theoricis, Romã ad emendandum Paschalem Dionysij computum à Sixto IIII Pontifice accitus, dum pleracq; posteritati parat, non sine maxima studiorum iactura morbo periit: Vfus est præceptore Georgio Burbachio Germano in Mathematicis excellentissimo, cuius Theoricæ scientissimæ impressæ circumferuntur.		
	6	Galeatius Maria Mediolani dux, ob iram erepti sibi fundi à Ioanne Andraæ Lamprogniano nobili Mediolanensi, eo die qui proto-martyri Stephano celebris habetur, in ipsius martyris templo ad aram incautus confoditur. Carolus Burgundionum dux, qui Belgis ferè omnibus imperabat, dum Lingones Treuirosq; debellat, apud Venacoum oppidum in Treuiorum finibus magno prælio, quo ad horas 30 continenter pugnatum est, uictus occiditur. <i>Anni's sup 20 43^o et 2 utiq; digni sunt 20 43^o et 7 utiq; 3 fus</i>	38	1477
		Fruenti præcium per uniuersam fermè Italiã, ac Romæ maxime ob anni intemperiem auctū est, adeo ut libra assibus tribus uenierit, Genuenses morte Galeatij Mariæ Mediolanensiu ducis sese in libertatem uendicarunt, factione Fisorum populum concitante, sed non multo post Spinulis atque Adornis contrariæ factiones annitentibus uicti in Mediolanensis potestatem redacti sunt.		
	7	Ludouicus Gallia rex, VI Idus Februarij Venetos in fœdus accepit, quod cum Ioanne duce Philippo Maria Mediolani duce, Florentinis, Herculeq; Estensi Ferrariæ duce antea percusserat.	39	1478
		Affanbetus Hazoncaffanus Parthiæ, Persiæ,		

Bb Media.

*Lo pignis pare redempt
quibus in uena
doloris ad Carthage
amirato iano
Fetipolasi passant sibi
anx di/gansus andeij
Soluntis ntr tras
imp ntrq; nra monij
fuit*

A	Anni	Anni	Imperatores Anni	
	mūdi.	Pont.	Occidentis.	Salutis.
		Sixtus III Pontifex		
		auditis hīs quæ Floren		
		tia gesta sunt de Nepote, Archiepiscopoq; Pi		
		fano, hortantibus rege Ferdinando & Comite		
		Hieronimo, Laurentio Medici aqua & igni		
		interdicit, Florentinis bellum indicens.		
		Lodouicus Gonzaga Mantua Marchio mori		
		tur, cui Fridericus filius successit.		
		Mahumetus Græciæ Asiaq; Imperator, cum		
		obsidione Croiam Macedonia munitissimū		
		oppidum premeret, undecimū postq; mensem		
		obsidisset eā in deditiōē accepit, omnibus pri		
		us ab oppidanis tentatis, quo famem perferret,		
		ut etiam boum coria, equorumq; comederint.		
		Maximilianus dux Austria, Friderici Impe		
		ratoris filius, potenti exercitu in Burgundiam		
		profectus est, & Mariā Caroli ducis iam mor		
		tui filiam in coniugem accepit, & Burgundiæ		
		ducatum ob hanc rem sibi uendicauit.		
		Stella Veneris hoc anno solito decentior de		
		currere uisa est.		
B		Locustæ per Italiā uagatæ, Brixia agrum de		
		uastarunt.		
		Maxima lues per totam Italiā uagata est,		
		adeo ut Venetijs supra triginta hominum mi		
		lia perierint.		
		Mediolanenses uero hoc pacto multos per an		
		nos Genuam imperio premebant, eminenti		
		bus in republica hīs qui Mediolanensiu par		
		tes fouebant: Misit itaque Genuam tres trire		
		mes, quibus præfuit Doria imperio: Genuæ		
		Mediolanenses expoliantur, ducatumq; ui &		
		armis expulsis Fregosis ipse consequitur.		
		Alphonfus Calabria dux, regis Ferdinandi		
		filius, una cum Friderico Urbini duce à Comi		
		te Hieronimo Tusciā ingressus Florenti		
		nos bello petit, quorum agros depopulatus		
		igni ferroq; late uastauit, plurima oppida ui		
		capiens.		
		Florentini, Veneti, Mediolanensesq; Hercu		
		lem Estensem Ferrariæ Marchionem exerci		
		tus sui ducem constituunt.		
		II Idus Iulij Luna eclipfi laborauit, nec mi		

Bb 2 • nus totum

C	Anni	Anni	Imperatores Anni	
	mundi.	Pont.	Occidentis.	salutis.
		Ludouicus Sfortia Galeati Marix Mediola-		
		nensiu ducis frater, ad temp: gubernanda acci-		
		tus, Ioanne Philappu ducē in arcē fugauit, Bo-		
		nā Ioannis Philippi matrē ad fines Viagrassæ		
		custodiendā mandauit, Robertū Seuerinatem		
		Mediolano profugum abire cogens ipsius co-		
		pias Constantio Pisauri principi commisit.		
		Baizetus Imperator Turcarū Pisanū oppidū		
		ē manibus Pannonix regis astu eripuit,		
		Bernardus Rilla marinus pirata Venetorū infi-		
		gnis, illis inscijs pleraq; Baizeti Impatoris Tur-		
		carum loca igne ferroq; depopulatus maxima		
		præda deinde abiit: quibus indignatus Baize-		
		tus, existimans id Venetos egisse, agrum Iad-		
		dere depopulatur.		

MATTHIAE PALMERII PISANI
CHRONICON FINIT.

D



*iste Eruditus est
IOANNES MUVALLIS
[lat. Multivallis] TORNA
CENSIS, ut constat ex
Eusebio Hier. et Palmerij
quos Henric Stepany
edidit A. 1512. in 4.
ubi hoc Ep̄ta legitur.*

*Ioannes Muvallis tor-
nacensis Lectoribus
salutem.*

*Cum Eusebio novum
in principio indicem
adiecero: aequum mihi
visum est, ut inter
hoc opus in officina
dirigendum, quod in
Anno christi 1481*

*finem suum contraxerit
quicquid a tempore
illo ad diem usque
emissionis eius, me-
moriam posteritati dignū
audivissem paucis
tanquam*

*170 2270
tamento prioribus adiungere. ut completū esset hoc chronicon:
et scelerent promptig hanc rerum studiū, consulere histo-
rias, quæ materiam eandem diffusius tractant. Ergo qui hæc
legent boni consulant, et laborib; nostris non detraherent.
Valete.*

ERVDITI CVIVS

PIAM TEMPORVM CON-
TINVATIO.

Anni	Anni	Imperatores Anni	Imperatores Anni	
			Occidentis.	salutis.
6681	11	MARIA ducissa Burgundix, Maximilia- ni coniunx uenando equo lapsa moritur.	43	1482
		Eo tempore fames & febris pestilēs homines ad infantiā adigēs ex uermibus in capite natis famē illa secuta, multos mortales inuasit atq; ademit.		
		Aria prope Morinos à Gallis obsidetur, & tan- dem se dedit.		
		Inter Belgas & Gallos foedera pacis Attrebatū sunt tractata atque confirmata.		
		Edoardus rex Angliæ moritur.		
	12	Ludouicus huius nominis XI rex Franciæ diem clausit extremum.	44	1483

Carolus